

O R V M
m habitate padien
ntra aliquas, qua
ulte, emeruisse es
am & hoc in medie

XIV. ex ver.
Deus, se inuenit
n quarebant cum i
n quarentes innoc
le auctor.

N.D. Non est. Iu
quarentibus, nemp
n. Pris siquidem quo
Deus nos querit, b
entibus inuenientur
declarè significatur

parabola Matth. 1
te nos ad quarendu
& ita quarentibus
ficit ut velimus, tunc
in vos me elegit, et
ego elegi vos, & confi
tum feratus. Et.

XV. ex ver. 11. Tu
us meas ad populorum
liberi arbitrii, docet, i
gratiam dominam suam
ut ei vici sum homini liber
veratio ignar voluntati
m erit: sed ipso, in pot
quadam gratia sine auxili
dem, sed inefficax ad ceter
cedat hominis voluntati.

N.D. GRATIAM De
cando in homine, rite
cooperetur, sed repug
num: quando nimis un
s prauas non efficac
im mouerit, sed foris quide
rt, suadet, & mandat
mutat, persuaderet, tra
t, sed sibi corda relinq
st, quod hic queritur
, & de Judæis C
Quod vero Deo offere
io libere possit cooper
rio voluntatis mouit.

IN CAP. X. AD ROMANOS.

1038

1037 gratia applicare: id nec verum est, nec ex dicto extudi potest. Neque enim est voluntas aut currentis, sed misericordia Dei. Rursus esse auxilium quoddam sufficiens, sed inefficax datur, quantum ad oblationem externorum mediorum sufficientem: quantum item ad cognitionem gratiae & voluntatis diuinæ sufficientem attinet. Sic enim Christus dicit conciones & miracula sua Tyriis & Sidoniis, si ea vidissent, sufficere ad poenitentiam potuisse. Quantum vero ad

A internam cordis affectionem, nullum sufficiens auxilium est gratiae, quin idem sit efficax. Quoscumque enim Deus sufficienter disponit, trahit, mouet, eos efficaciter regenerat, nec expectat dum voluntas hominum gratiam efficacem reddat. Sic enim ex homine esset conuersio non ex gratia, sed voluntatem ipsa præuenit ex mala bonam efficiens, bonam vero effectam ad gratiae cooperandum efficaciter mouet.



CAPITIS VNDÉCIMI.

Argumentum, partitio, analysis.

Claudit hoc capite apostolus disputationem de Iudeorum reiectione, & gentium vocatione sic, ut ex illa Iudeos consolatione aduersus desperationem erigat, ex hac gentes graui hortatione à contemptu Iudeorum abducatur. Docet enim Iudeorum reiectionem nec totalem esse, nec finalem fore, sed multos ex illis esse electos & seruari, licet maior pars reproba pereat: & plurimos aliquando conuertendos esse, ut cum gentibus fidelibus seruentur. Gentes igitur hortatur, ne Iudeis insultent, neue adoptiones sua efferantur, sed memores suæ originis, Deum timeant, ne exemplo Iudeorum & ipsi securitatis pœnas luant. Atque ista hortatio ad principalem scopum epistole referenda est, de quo in argumento epistole est dictum. Hortationi propheticam adiungit doctrinam de Iudeorum instaurazione: & epiphonemate grauissimo argumentum totum concludit. Partes capititis constitutiores.

PRIMA EST doctrina-
lis & consolatoria usque
ad vers. 11. cuius proposi-
tio est: non omnes Judæi
sunt à Deo reiecti. Hanc
proponit interrogatione negantis versu
1. & aperta assertione vers. 2. Confirmat
1. per instantiam sui exempli: quia &
ego Judæus: nec tamen reiectus: ergo
aliqui Judæi non reiecti: v. 1. 2. Ab im-

B mutabilitate electionis diuinæ: Deus
hunc populum præcognouit: ergo im-
possibile est totum esse abiectum ver-
su 2.

3. Ab exemplo temporum Eliæ per oc-
cupationem: Præter te nemo Judeorum
videtur credere in Christum: Respondet,
esse præter se plurimos electos: sicut
præter Eliam, cum solus supercresse vide-
retur, septem millia, electorum Deus

Yyy 2